

ac Celsissimo Principe ac Domino, Domino ER-
NESTO, Duce Saxonie, Julie, Clivia & Mon-
tium, Landgravio Thuringie, Marchione
Misnie, Comite Marca & Ravensburgi, Domino
in Ravenstein, &c. Domino meo Clementissimo,
vocatio ad inspectionem Ecclesiarum, quæ
in Celsitudinis ejus territorio Principali,
CHRISTO *Αρχιεπιμένι* sacratissimo per pe-
dum verbi ejus colliguntur, legitimè, & ve-
rè ex animo pietate flagrantissimo, solenni-
ter mihi non oblata solùm fuisset, sed & di-
cto ferè citiùs ad eum perducta finem, ut
propediem hinc abeundum, & provincia
modò nominata, unà cum adnexo ei Pasto-
ratus atque animarum *Ἐπισκοπῆς* in Ecclesiâ
Gothanâ officio, in nomine Altissimi ade-
unda sit: quod omne ut ad Dei Opt. Max.
gloriam, & Ecclesiæ ejus salutare incremen-
tum cedat, ardentissimè in Spiritu Sancto
precor.

Ita igitur cùm abrumpenda opera hæc
Academica sit, nolui tamen committere, ut
hoc quaecunque ejus *εἰσῳδίων*, labore certè
non minimo confectum, *ἀκέφαλον* & *ἀνθεντία*
omni destitutum, in solo Academia hujus
q̄s. penetrati lateat, sed in publicam magis
prodeundi lucem, & in plurium piè erudi-
to-

το-